

1524.

HL
445.



00
Lille

P

COMPEN

Diola Teomice

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

REV. HYSST. N. S. H. H. H.

4




Ab Hieron. Gebwilero edita

**COMPEN
Diosa Boemice
SEV HVSSITANE HERE
seos ortus & eiusdem dānatorū
Articulorū descriptio Lectu non
iniucunda nup a theophi
lo tectono cōgesta.**

Paulus. j. Corinth. xj.

Oportet Hereses esse vt probati
manifesti fiant.

Argent. 1524.



*III.
445.*

AWA 1803



R. magnifico viro ac dño
DOMINO GEORGIO EBEL DOMVS
Canonicorū regulariū sancti Arbogasti proxime
Argentinam Præposito vigilantissimo
domino ac patrono suo colendo
Hieronymus Gebwilerus
Salutem D. P.



INSTETERVNT vehementius apud nos plus
semel R. ac magnifice vir pleriq; cum sacris inicia
ti tum pphani vt boemicę calamitatis ac hussitanę
hereseos succinctam hystoriã (si quæ occurreret) in lucem da
remus / eius namq; pnoscente desiderio se plurimū teneri asse
rebant, quorū tam anxie petitioni satisfacturi / diuersis eius
rei scriptoribus plustratis / in cuiusdam theophili tectoni vo
lagigene Libellū eius negocij seriem strictius continentē des
mum incidimus / hunc igitur amicis morem gesturi sub pre
lum vt multa exemplaria pariat datum, tuæ .R. humanitati
(quam oīm bonorum & doctorū virorum moecenatē ac sins
gularem patronū esse nemo ignorat) dedicamus, sperātes hoc
carthaceo munusculo tibi plurimū gratificari, Non enim ne
scis inter historias ac bonas literas versanti clientulo tuo / nec
aurum nec argentum nec alias peregrinas merces quibus te
donet superesse, quocirca dantis animū pluris re ipsa facias
oportet. Vale basilice nestoreos annos nostri (ut sole) amans
Argētorati pridie Idus octobris, Anno a virgīs partu. 1523.

A ij

Circiter
annū d.
M. ccc.
lxxx.



WENTZESLAO Karoli quarti Romanoꝝ im-
peratoris filio Boemorum rege Romano impe-
rio exautorato Hussitarū insania ortum habuit
Quæ pestis neq; adhuc extincta: neq; Boemorū
finibus seuire cōtenta, nostris proch dolor secu-
lis in confines boemię regiones non citra summā Christianæ
pietatis iacturā irrepit, Cui apud boemos liuor, auaricies ac
superbiaprīma incitāmēta dedisse ferunt, Pragensis quidē li-
terarij archigymnasiij scholas vsq; in ea tpa, duntaxat theuto-
nici rexerant, atq; in oīm disciplinarū p̄fessione (vt natura ins-
geniosi sunt) principē locum tenebant, Cui Alemanorū glo-
rie Boemi natura hoīes inuidi illorum honores & primatus
grauissime ferendo maiori liuore atq; impaciētia angebant,
Q; ferme totū pragēsis vrbis senatū per idem tēpus ex solis
germanis conflari cernebāt, Quo tpe vir quidā boemus inge-
nua familia cognomēto putridi piscis natus Oxonię (Quę
Anglorū acadamiā est) philosophię incūbens, cum in Ioannis
wickleff libros, quibus de vniuersalibus realibus lema est, in-
cidisset, magnope illis (caco demone forsan aliquo suggestore)
delectatus exemplariorū illorum rescripta in patriā repedan-
do secum detulit, Inter quæ de diuino & ciuili iure de ecclia de
diuersis contra clerū q̄stionibus pleraq; volumina tanq; quid
p̄ciosioris thesauri patrię suę, qui putridus piscis (concordant
plerumq; noīa rebus) Vuiclefitarū veneno iam imbutus &
ad alios inficiendos instructissimus, pessimū illud virus in ci-
ues suos euomuit, allatos namq; vuiclefitanos libros his pos-
tissimū quos letali Theuthonas odio prosequi cognouerat cō-
municauit, Inter quos enituit obscuris natalibus ortus Ioan-
nes ex villa Huls quod anserē boemica lingua interpretant,
Qui cum esset peracri ingenio / diserta lingua, multūq; sophi-
sticis dialectices captiunculis oblectaret, peregrinarū opinio-
num plus equo amantissimus, hoc nouo quoq; Vuiclefitano
errore corruptus ceteros pragensis studiij diuersarū p̄fessionū

Ioannes
Huls vñ
natus.

doctores & magistros p̄cipue theutonas quotquot ibidē pro-
fitebant̄ (illis namq; infensissimus erat,) p̄teruis agitare &
cōclusionibus piarum auriū offensiuīs veluti p̄stigiatos ves-
xare cepit, sperans eo pacto confusos, vltro relicta Praga sese
in aliū locum trāslaturos. Quod cū succederet a Wentzelao
impetratū est, vt Pragenſe archigymnaſiū ad pariſienſis aca-
demie morē gubernaret, quæ res Theutonibus primatū vni-
uerſitatis ademit, Quocirca indignati Alemanni facta con-
iuratōe et p̄ceptores et magistri supra duo millia vno die Pra-
ga discedentes apud Liptzig miſne opidū trium dierū itinere
inde diſtans vniuerſalē literariā paleſtrā crexerūt. Post quorū
diſceſſum Pragenſis ſtudiū adminiſtratio Ioanni Huſs, cæter
riſq; cōplicibus ſuis Boemis liberrime patuit, Conciliauerat
ſibi p̄fatus Ioannes Huſs non mediocrē apud oēs fidem elo-
quentia & potiffimū mundioris vitę opinione, hinc vbi ſatis
iam fidei ſibi comparatū viderat, venenū iam pridē occultius
conceptū palam euomit, credulę turbę rudes aures inficiendo
Extruxerat namq; opulentus quidā ciuis ante id tēporis pha-
num diuis ap̄lis Mathie ac Matheo ſacrum cui Beltheem no-
men erat, additis annuis redditibus, quibus duo diuini ver-
bi cōcionatores fouerent̄, Qui feſtis ac p̄feſtis diebus diuina
eloquia populo Boemica lingua interptarent, quorū alter Io-
annes Huſs aſſumptus eſt, qui a ſtolida plebe cum admiras-
tione ſe audiri p̄cipiens, p̄ multa de libris Ioannis Vuideff ſe-
pius in mediū obiter protulit, aſſerens in his oēm veritatē cō-
tineri, crebro etiā inter declamandū adijciebat ſe poſt fata p̄cu-
pere eo loci migrare, quo vuideſitani manes cōceſſiſſent, cum
vir bonus ſanctus & celo dignus fuiſſet. Sectabant̄ Ioannem
huſs clerici ferme oēs alieno are grauati & qui p̄prijs ſacerdos-
tijs carebant aut ſcleribus & ſeditōibus inſignes, quibus &
nōnulli doctrina celebres viri adherebant, quod cū eccleſiaſti-
cas dignitates conſequi nō potuiſſent iniquo ferebant aīo in-
dignātes ſacerdotia ſeu p̄bendas maiorū cenſuum his cōmitti

Teutoni
ci recedūt
a praga.

Liptzig
ſtadium
fundat̄.

Qui ſas-
cerdotes
Io. huſs
ſectabā t̄.

A iij

Hieremi
as pphe.

Qui quamuis nobilitate preirent, scientia tñ inferiores haberentur, Excecati ergo inuidia & habendi libidine cū ignaris ac viciosis sacrificulis impune maledicere potuissent in omnes tamen indiscriminatim latrare incipiētes impiam waldensiu sectam publice predicarunt, his indoctum vulgus suapte natura clericis inuisum manibus et pedibus applaudebat, quibus & impurissima & seditiosa catilinaria cohors que sua turpiter decoxerat, plurimū auxiliij pollicebatur, Permittit nimirum deus propter delicta populi huiuscemodi heresiarchas et falsos pphetas oriri, Quo per illorum impurissima dogmata simplex & credula turba in pertinacissimū tracta & animi & corporis sui iacturā faciat. Hinc etenim bella & cedes quibus innocuus sanguis funditur, ppagantur. Vnde Hieremie capite quarto dñs per Prophetā loquens. Super gentem inquit huiusmodi non vlscetur aīa mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra, & pphete prophetabant mendatiū, & sacerdotes applaudebant manibus: Horum scilicet pseudo prophetarū nugas approbando, & populus meus dilexit talia. Vulgus etenim Protheo inconstantius ac futuri inconsiderantissimū cum vel in derum vel in superiores aliquid noui machinaberis, facile in tua vota trahet, Cuius imprudentie sue grauissimas sepius penas dedit. Tempestiuus igitur Christiane Reipub. presides ubi fuerint circumspiciant, atq; hoc aut simile imedicabile vulnus vel serpens malum Lerneia hydra nocentius pullulascens ense rescindant, ne pars sincera trahatur, principijs obstant ne morbus cum mora crescat. Scitū quidem est (si Terentio creditur) ex alijs periculum fecisse, cunctos preterea Christianos & principes & plebem hoc Boemicū exemplum cautiores reddat/ne serius aliquando se Phryges sapuisse conquerant. Tu quoq; o nobilis Germania: quæ constanti fide ac forti manu Christianā rempub. hactenus defendendo sola Romanū imperatorē ex tuis Principibus habere meruisti, prouideto ne vllius pseudoprophete nugis seducta, mu

tuis vulneribus trucidata cōcidas, atq; ob impię nouę doctri
nę erratus (p̄mittente deo) peregrino hosti ludibrio fias. Dos
minus namq; per Hieremiã p̄tinatius populo in se delinquē
ti minatus. Ecce inquit ego adducā super vos gentem de lon
gino, gentem robustam, gentem antiquā, cuius ignorabis
linguam, nec intelliges quod loquatur, et comedet segetes tuas
panem tuum deuorabit, filios tuos & filias comedet, gregem
tuū & armenta tua, & comedet vineam tuam & ficum tuam
& conteret vrbes munitas tuas: in quibus tu habes fidutiam
gladio, Has diuinę indignationis minas facilius declina bi
mus, si nullius Hussitani aut exotici erroris discipuli sanctę
Romane ecclesię constitutionibus euangelicę doctriņę ac pro
bis moribus in nulla parte discrepātibus viuentes citra vllam
factionem prepositis nostris in omni humilitate ac vera cha
ritate auscultauerimus, Sed quo cunctis huius seditiosissimi
hominis pestiferum virus euidentius pateat doctriņę ipsius
articulos pio auditui absonos a vero Christiano alienissimos
atq; aut dudumq; in Constantiensi concilio a sanctis patri
bus damnatos subiungere decreuimus, Quorum primus,

Substantia panis materialis simul & substantia vini ma
nent in sacramento altaris.

Accidentia panis non manent sine Subiecto in eodem
Sacramento.

Si episcopus vel sacerdos existit in peccato mortali non
ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

Non est fundatū in euāgelio q̄ Ch̄rs missam ordinauerit.

Si homo fuerit debite contritus: omnis confessio exterior
est sibi superflua & inutilis.

Si papa sit p̄scitus et malus, per cōsequēs membrū diaboli
non hēt ptātem sup fideles ab aliquo sibi datā, nisi forte a cæ

Post Urbanū sextū non est aliquis recipiendus in pas (sare
pam/sed viuendum est more Gręcorum legibus proprijs.

Cōtra scripturā sacra est q̄ viri eccl̄iastici habeāt possessiōes.

Nullus prelatatus debet aliquem excommunicare / nisi prius
sciat ipsum excommunicatum a deo & qui excommunicat fit here-
ticus ex hoc vel excommunicatus.

Prelatatus excommunicans clericum qui appellauit ad regem
& ad concilium regni eo ipso est traditor regni.

Illi qui interdunt predicare seu audire verbum dei per
excommunicationem hominum sunt excommunicati & in die iu-
dicii traditores Christi habebuntur.

Licet alicui diacono pro libito predicare verbum dei absque
auctoritate sedis apostolicę siue Episcopi.

Nullus est dominus ciuiliſ / Nullus est prelatatus / Nullus
episcopus in mortali peccato existens.

Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bo-
na temporalia habitatis & possessionatis delinquentibus.

Populares possunt ad suum arbitrium dominos delin-
quentes corrigere.

Decime sunt pure elemosine & que parrochiani possunt eas
per peccata suorum prelatorum ad libitum suum auferre.

Speciales orationes applicate vni persone per prelatos vel re-
ligiosos non plus profunt eidem quam generales ceteris paribus.

Conferens elemosinam fratribus est excommunicatus eo facto.

Siquis ingreditur religionem approbatam vel priuatam qua-
lemcumque tam possessionatorum quam mendicantium redditur ineptior
& inabilior ad obseruationem mandatorum dei.

Sancti instituentes religiones priuatas sic instituendo pec-
cauerunt.

Religiose viuentes in religionibus priuatis non sunt de re-
ligione Christiana.

Fratres tenent per labores manuum acquirere victum.

Omnes sunt Simoniaci qui se obligunt orare pro alijs eis
in temporalibus subuenientibus.

Oratio presciti nihil valet.

Omnia de necessitate absoluta eueniunt.

Confirmatio iuuenum &c. ordinatio, consecratio, referuatur papę & episcopis, ppter cupiditatē lucri & honoris.

Vniuersitates/collegia/studia/graduationes & magistri, in eisdem sunt vana & a gentilibus introducta, & tantum profunt ecclesię sicut diabolus.

Excommunicatio Papę vel cuiuscumq; prelati non est curanda, quia censetur antichristi.

Ditare clericum est contra regulam Christi.

Silvester papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam ditando.

Omnes de ordine mendicantiū sunt heretici, & dantes eis elemosinam sunt excommunicati.

Ingrediens ordinem aut aliquam religionē eo ipso est inhabilis ad obseruandum diuina precepta, & per consequēs perueniendi ad regnum celorū nisi apostatauerit ab eisdem.

Papa cum omnibus clericis suis possessiones habentibus sunt Heretici.

Ecclesia Romana est Synagoga Sathane/nec papa est immediatus & pximus vicarius Christi & apostolorum.

Decretales & epistolę sunt ypocrisę & seducunt a fide Christi, etiam clerici sunt stulti qui ipsis student.

Imperator & dñi temporales seculares seducti sunt a diabolo vt ecclesiam ditarent de bonis temporalibus.

Electio papę a Cardinalibus per diabolum est introducta.

Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.

Stultum est credere indulgentijs papę & episcoporū.

Iuramenta illicita sunt quę fiunt ad roborandum humanas contractus & cōmercia ciuilia.

Augustinus, Bernardus, Benedictus damnati sunt/ nisi penituerunt, de hoc quod habuerunt possessiones & instituerunt & intrauerunt religiones, & sic a papa ad infimum religiosum omnes sunt heretici.

B

Omnes religiones indifferenter introductę sunt a diabolo.

**Sequuntur damnatę ppositiones quorundā
discipulorum Ioannis Hufs.**

Papa est Antichristus.

**Papa non habet maiorem potestatem ligandi & soluen-
di quam simplex sacerdos.**

Lex papalis non est lex dei sed antichristi.

Continētia sacro ordini annexa est contra legē diuinam:

**Religiosi sunt inabiles ad p̄dicandū verbum dei a tem-
pore quo ingrediuntur religionem.**

Nullus sanctus est in celo nisi solus deus:

Eucharistia est panis post consecrationem.

**Licitum est cuilibet presbitero consecrare & celebrare post
prandium sicut ante prandium.**

**Sufficit soli deo confiteri sine confessione auriculari fas-
cienda sacerdoti.**

**Existens in peccato mortali post absolutionem non potest
inde absolui, nec aliud peccatum potest remitti.**

Non licet aliquo modo iurare.

Non tenemur ieiunare/sed ieiunium & precepta:

**Imagines sunt destruendę propter ydolatriam & quecūq;
eis veneratio facta displicet deo & sanctis suis.**

Omnes qui peregrinatōes affirmāt, confirmāt ydolatrias.

Elemosina non est danda nisi cecis & paralyticis.

Decimę non sunt dandę ecclie nec oblatōes sunt inferendę.

**Non est locus specialis purgatoriij post hanc vitam, et non
profunt animabus aliqua Suffragia facta pro eis post ea-
rum decessum.**

Item vilipendunt aquam benedictā & sacramēta ecclesie.

**Omnis & tota missa debet dici lingua materna & non las-
tina secundum legem dei.**

Omne seruitium diuinum cum nota est derisio dei & deceptio populi.

Quilibet debet orare in Camera sua & nō in ecclesia, quia omnis oratio in ecclesia est ypocrisis.

Licitū est comedere carnes in quadragesima sicut et in alijs temporibus anni nisi solummodo propter consuetudinem.

Nullus est locus sanctior alio nec vllus potest sanctificari quia Deus omnia benedixit, & nihil quod Deus fecit potest esse maledictum.

Asserebant præterea quacumq; tegerent humana corpora, nihil referre. Item in canonicis horis cātandis dicendisq; frustra tēpus conteri, Celebritates q; sanctorū nullius esse meriti.

Iam dictos Waldensū & hussitanę sectę quosdā heresim sapientes quosdam scandalosos ac piarum auriū offensiuos, & idcirco non inique damnatos articulos nequaq; phebo cōmissemus nisi Lutherū in sua Babilonica captiuitate illorū similes ac consonas adidisse cognouissemus.

Prefato itaq; Ioanne Hufs iam dictos articulos crebrius in diuinis cōtionibus fidelium mentibus inculcante, Pragensis antistes super ea re certior factus ad se citatum examinat, atq; wiclefitanis libris combustis offitium predicationis sub excomunicatōis pena Ioanni Hufs interdicit. Verum pertinax & rebellis homo relicta Praga natiuū solum repetens plebeia ni permissu conceptos errores populum docere non destitit, multa in ecclesiasticos prelatos maledicta & conuitia iaciens, vtrq; popularem auram abundantius venaret, decimas haud aliter quam elemosinas sacerdotibus debitas esse adstruens, dominos prediorū ad dandum eas nullo iure cogi posse affirmavit, Cui Hussitano malo Petrus Tresensis maximū adiecit errorem, Iacobellum quendam diuini verbi preconē instigando, vt sub vtracq; specie post hac comunione sumendam esse Boemis persuaderet, euangelico Ioannis dicto se muniēs

Officiū
p̄dicatōis
Iohanni
hufs in
terdicit.

Iacobellus
Ioannis
hufs discipulus.

B ij

Concilium
Constantiense

Qui inter-
fuerit

cum ait, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis sanguinem eius non habebitis vitam in vobis. In hos et similes errores Boemicus populus horum dictorum impulsu nimia credendi facilitate prolapsus cottidianum (vbi ad mala omnes proniores sumus) adherentium sensit augmentum, verum post aliquot annos vbi superis iam visum erat malignantium consilia dissipare, Illustrissimus ac potētissimus Sigismundus imperator Christianæ reipublicæ tam in capitibus quæ in membris turbatæ ac fluctuanti quietem reddere/ac salutis portum restituere cupiens multo sudore atque indefessa opera Constantiense concilium congregari curauit, a cuius Synodi presidentibus sepe dictus Ioannes Hus circa annum domini Millesimum quadringentesimum decimum septimum saluo tamen conductu illi addicto citatus est, mirarer nonnullorum emulorum garrulam proteruiem, hanc clarissimorum Christianæ ecclesiæ capitum congregationem conciliabulum potius quam concilium appellari debere perfricta fronte certantium, nisi laboranti pituita palato/queque gustu dulcissima cum insipida tum amara censi, inuidieque nihil aut gratum aut iucundum esse iam dudum habuissem compertum, In hanc sacratam synodum conuenerant Ioannes Papa vicesimus quartus, prefati Concilij auctoritate citatus, Aderat Sigismundus Romanorum imperator, vndecim quoque christianorum regum oratores, Item vndetriginta Cardinales, Quadraginta septem archiepiscopi, centum & sexaginta presules, Omnium preterea vniuersitatū doctissimi viri, preter alios principes & prelatos tam seculares quam spirituales, Cui tam sancte in domino facte synodi spiritum sanctum preuisse totumque negotium illius direxisse, quis nisi Christianæ religionis zoilus aut Oreste insanior negare ausit? Huc igitur aduenienti prefato Ioanni Hus articuli preponuntur, Quorum tanquam erroneorum cōuictus cum palinodiam canere renueret,

Tanta enim pertinacia hominis erat, vt euidentissimus rationibus erroris conuictus non modo herbam non porrigeret, immo se minime supperatum reclamitaret, cumq; argumentis verisimilibus causam suam amplius tueri desperasset, vitæ suę timens clanculum fasciculis straninum contactus se plaustrum ex vrbe Constantia subtraxit/sed proditus missis a Consule licitoribus mox in ciuitatem reducitur, Et quia fidem salui conductus sui infregerat, pertinaciterq; in prefatis erroribus suis persisteret carceri mancipatus: hereticus declaratur, Hinc seculari potestati traditus, pro legum sanctione crematur, Cineribus ac reliquijs illius in Rhenum flumen proiectis pari supplicio Hieronimus de Praga complex ipsius resipiscere nolens eodem anno hominem exiit. Cuius Hieronimi facundiam & comitatem Pegius florentinus homo poetica fide describens quasi inique damnato condolere videtur, Quam exporrecta & hilari fronte vterq; predictorum heresiarcharum accensos rogos cantando & gestiendo subiuerit, nemo est qui non miraretur/nisi obstinate & indurate mentis potius quam compuncti ac bene compositi animi ea res signo fuisset, diuino namq; rore humana pectora irrigare cessante, arida & rigidissima redduntur, adeo vt nulla mortalium persuasionem ab erratibus suis in viam redeant, aut presumptę temeritati renuntient, nunquid Pharaonem tot portenta & signa celitus per Moysen in conspectu ipsius facta comouerunt, vt Israeliticum populum abire liberum permitteret? Cuius cor a deo induratum fuisse legimus, vt vel bona venia dimissos tandem hebreos armis persequi non abhorruerit. Vnde in rubro mari impietatis suę digna supplicia passus est, Quanta pertinacia Simon magus, cuius magicas illusiones & prestigia diuus Petrus & Hierosolimis & Romę diuina virtute crebris detexerat, fuerit ex eo conijcies q; filium dei sese asserere non erubescens in celos volare presumpserit, Iulianus apostata vlti

Hieronimus de Praga.

quot clades, quot calamitates, quot conflagrationes populis,
templis, vrbibus ex hoc vno fonte illatae sint? vt quae tam op-
pima Boemorum regio clarissimis ac deuotissimis hominibus
olim nobilitata/nunc sit propemodum deserta ac omni
fere piorum accessu derelicta, sine templis/ sine aris/ sine dei
cultu situ ac squalore conficiatur. Quid de Praga dixerim?
quae vel murorum ambitu vel aedificiorum magnificentia vel
templorum ornatu celeberrima, totius septentrionalis plagae
quoddam quasi scientiarum omnium emporium habebatur,
cuius tamen gloria immortalis dei ira huius pestis irruptio-
ne nunc omni decore spoliata cernitur. Nos igitur aliorum
periculo cautiore redditi, a falsis Prophetis diligentius
attendentes, nihil quod Euangelio ac sacris patrum
nostrorum constitutionibus dissonet ample-
xemur, sed in vera fide, recta spe, ac per-
fecta charitate quam diu mor-
talem vitam vixerimus
Christo militantes
premia aeterna
postulemur.

Impressum Argentine in officina literaria Ioannis
Grieninger decimasexta die Mensis Fe-
bruarii Anno salutis .1724.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

HL 445

188.




D


Bl 445



17 WA 1803







Ab Hieron. Gebwileto edita

COMPEN
Diola Boemice
SEV HVSSITANE HERE
seos ortus & eiusdem dānatorū
Articulorū descriptio Lectu non
iniucunda nup a theophi
lo tectono cōgesta.

Paulus. j. Corinth. xj.
Oportet Hereses esse vt probati
manifesti fiant.

Argent. 1524.



ML.
45.

